



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[undu]s est d[iu]inalis tra[n]sformatio[n]is.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

qualitates naturales motivas sic et anima per amorem in deum ferri debet. Augustinus. Sicut corpus pondere sic anima amore fertur. Sicut itaque corpora naturaliter descendunt in locis suis sic et anima nostra in deo in qua est fons omnis bonitatis. Possumus ergo et debemus semper dicere. Bonum est nos hic esse. scilicet in deo sibi per amorem adherendo. Cum autem finem cultum et alios morales triplex sit bonum: delectabile: honestum: et utile: quod utique distinctio est finem diuersas rationes bonitatis quae eisdem uenire possunt: dicimus quod bonum est nos hic esse. id est in deo esse finem illud triplicem modum.

- Primo est bonum summe honorabile.
- Secundo est bonum summe delectabile.
- Tertio est bonum summe utile.

Primo est bonum. Et dicitur. Magna perfectio honoris esse cum deo maiestatis in eo manere. Honor inquit non vanus quemadmodum sunt honores mundani sed honor verus et laudabilis. Est autem in hoc tripliciter ex honor maximus.

Primus est spiritualis inhabitatio.

Secundus est diuinalis transformatio.

Tertius est filialis adoptio.

Primus est honor spiritualis inhabitatio. Si enim deo adheremus per amorem in nobis spiritualiter habitat deus. Io. xiiij. Vos in me et ego in uobis: dicit dominus discipulis sibi per amorem adherentibus. Et. j. Co. ij. Rescitis quod templum dei estis uos et spiritus dei habitat in uobis. Et. j. Co. xiiij. Si quis diligit me ser. me. seruabitur: et pater meus diliget eum: et ad e. u. et maiestatem apud eum faciemus. Nota quod dicitur et pater meus diligit eum. Grego. Pensate quanta dignitas est esse amicos christi. Nota etiam quod dicitur et mansione. id est quod nunquam recedit nisi propter malitiam nostre uoluntatis. Augustinus. Presto semper est gratia quam nunquam deficit nisi prius expulsa. Idem. Quod felix est anima illa que auxiliante deo iram suam gubernare studet et deum hospitem et habitantem habere mereat.

Secundus est honor diuinalis transformatio. Anima enim per amorem uerum adherens deo transformatur in similitudinem quamdam deitatis. Dicit scilicet. j. sen. disti.

ij. Perfectissima ratio imaginis est in mente quando per deum per obiecto. Augustinus. lib. de tri. Unum potest sempiterna et incommutabilis natura recoli concipitur et amari: inde perfecte respiciamur summe trinitatis imagine ad quam reminiscenda uidentur et diligenda totum debet referre quod uiuit. Tunc enim ut dicitur scilicet. quando anima dei habet per obiecto ipsum uicem dei reminiscendo intelligendo et amando est similitudo non solum quod ad substantialitatem ex parte actuum primorum: et distinctionem originem ex parte secundorum: sed etiam ea parte qua actus conformatur obiecto. Est enim actus per similitudinem obiecti. Dicamus ergo cum petro. Bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. hic scilicet. i. in anima nostra. In quibus tabernaculis beata trinitas inhabitabit. Hec autem sunt memoria habens deum in se ut obiectum intelligibile et summe diligibile: intelligentia habens deum ut actu cognitur: et uoluntas habens deum ut actu amatur: quibus actibus anima quasi totaliter in deum transformatur et deiformis efficitur. Unde de dei amore dicitur Hugo. Scio anima mea. etc. Uide in precedenti sermone.

Tertius est honor filialis adoptio. Io. j. qui primum receperunt eum de dit eis potestate filios dei fieri. Gal. iij. Dicitur deus filium esse ut adoptionem filiorum recipere. Et Ro. viij. Quicumque spiritus dei agunt: hi filii dei sunt. Non enim accepit spiritum fuit utis iteque in timore sed accepit spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. Si autem filii et heredes: heredes quidem dei: quod heredes autem christi. Et. j. Co. ij. Videte quale charitatem dedit nobis deus ut filii dei nominemur et simus. Et ps. Amis honorati sunt amici tui deus. Pater itaque quod quoniam esse in deo per amorem est bonum summe honorabile. Ideo sane dicimus quoniam bonum est nos hic esse.

Secundo est bonum summe delectabile. Bern. Reuera illud uerum et solum gaudium est quod non de creatura sed de creatore concipitur cui comparata omnis aliunde suauitas meror est. Hec ille. Verum utique gaudium illud est et uerum